



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Joseph: neque rursus illa, quæ apud Lucam est, Iesus qui, ut putabatur, nam hoc etiam addit) filius fuit Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi, inanis irritæ existimari debet. Atque ista generandi ratio, quæ ex lege ducta est, non poterat significantius, aut magis proprie exprimi. Idcirco istud vocabulum, Genuit, in tali Liberorum procreandorum ratione, dum familias ad Adam usque, qui à Deo creatus est, gradatim ascendendo reperit, ad finem usque Silentio omnino præterit. Neque certe hoc à nobis sine causa & ratione probabile est, neque nostro ingenio subito iam & ex tempore excogitatum est. Nam qui Seruatori nostro secundum carnem cognati sunt, vel stirpis sue insigniter illustranda, vel historie simpliciter docenda studio induiti, etiam ista nobis vere tradunt.

Hinc apparet Fausti Manichæi immanis impudentia, qui se offensum, ait, duorum Euangelistarum dissensione, Luca & Matthæi, cum vero nesciret vter mentiretur, ad Marcum & Ioannem se contulisse. Cui Augustinus lib. 3. contra Faustum rectissime respondet. Si diligenter quære e quam temere damnare maluisset, inuentum fuisse, nisi magnum aliquid lateret, fieri non posse ut toto orbe tanta Euangelio auctoritas tribueretur. Deinde respondet. A duobus patribus, duos auos, atauos, proauos esse non mirum, nec contrarium esse.

Patrem autem vnitissime dici, non tantum à quo quis geneticus est, sed etiam, à quo adoptatus.

Imo feminas olim adoptasse filios. ut Saram, Genes. 16. & Liam Genes. 30. & filiam Pharaonis Exodus. 2. Adoptione quoque nos Dei filios esse. Itaque non opus fuisse ad alios se conferre, non enim amare sanctos suos electores, si sint factorum desertores.

Sed mirantur tamen nonnulli, cur non omnem dubitandi causam præciderit Matthæus, & calumniandi; quod nominandis illis regibus facere poterat. Verum quæri pari ratione potest, cur tot Sacre Scripturæ locis tam difficile intellectioni occurrant? Quæstio enim communis est, alio loco perpendenda. Interim vt non est alienum à consuetudine Sacrarum litterarum quoddam in Genealogiis præteriri, imo & in publicis Libris, ita diuersi parentes diuersa causa vni tribuuntur. Deuter. 33. in benedictione omittitur Iubus Simeon; omnes causam quærit, solus Moses nouit. Admirabilis est quod Esdras Libro 1. 7. 1. suam originem recensens quosdam omittit, nec causa patet. Nam vt breuitatis causa factum dicamus, id sane à consuetudine abhorret, cum maximi momenti esset ad posteros integram summorum sacerdotum Genealogiam ostendere & tueri. At ipse Esdras sex omittit, qui Paralip. 6. 3. recensentur; vt vitumque locum consideranti clarum euadet. In Esdra hic ordo est. Esdras, Saraia, Azarias, Helcias, Sellum, Sadoc, Achitob, Amarias, Azanas, Maraioth, Zacharia, Ozi, Bocci, Abiue, Phinees, Eleazar, Aaron. In Chronicis Regum contra ista ordo est. Paralip. 6. 3. Aaron, Eleazar, Phinees, Abiue, Bocci, Ozi, Saraia, Maraioth, Amarias, Achitob, Sadoc, Achimaas, Azarias, Iohanan, Azarias, Amarias, Achitob, Sadoc, Sellum, Helcias, Azarias, Saraia, Esdras. In Esdra septemdecim: in 1. Par. viginti tres inueniuntur. Vbi omnia moueri contra Esdram possunt, quæ hic contra Matthæum.

§. 3. Hac ratione igitur optime sibi historiam consistare in confesso est: Vitum quippe eundem filium vni legalem, alteri naturalem esse. In eadem hac serie Obed est filius Booz naturalis, lege tamen & censu illius propinqui Mahalonis, cui semen suscitauit Boozus. Hinc sententia est Augustini lib. 2. quæst. Euangelicar. cap. 5. & de contr. in Euangelist. libro 2. capit. 2. & vetustissimas mar-

Adami Consen in Euang. Tom. I.

tyr Iustinus, quæstio. 6. ad Orthodoxos. Damascen. libro 4. cap. 23. Ambrosius, Theophylactus, Euthymius in 3. Luca.

Porro lex illa non inter fratres modo proprie dictos, sed cognatos quoque seruabatur, vt si propinquior additionem hereditatis cum matrimonio abnueret, proximus succederet: vt clarum est ex historia Rhuth.

§. 4. Cum igitur constet ab vno Euangelistarum naturalem generationem, ab alio ciuilem seu ex lege Moysis adoptitiuam recenseri, nondum tamen conuenit inter expositores: an Ioseph vir Mariæ sit Ioseph filius Iacob naturalis, Heli legalis, an è contrario. Vtriusque enim sententiæ sunt auctores, vtum plures, turales, & præstantiores in Matthæo, naturæ; in Luca legis Heli legalis. rationem habitam asserunt. Et sane id omnino tenendum est, cum illi quos ex Scriptura nouimus omnes sint filii præcedentium veri, non adoptiui: quare causa non est, vt de aliis, qui priuati vixerunt, id eoque in obscuro est genus eorum, aliter existimemus, præterea cum in omnibus eadem loquendi forma Mattheus utatur, genuisse enim dicat; quo verbo consulto Lucas abstinit. Deinde ex sequentibus id facile ostenditur. Iuliano igitur & Iudæis calumniantibus ex hisce facile respondetur. Et sane, in primo Euangelii exortu, videntibus Apostolis, & Domini nostri cognatis nulla mora difficultas videtur, sed cum iam seniores eorum mortui fuissent. Doceri namque omnia ista etiam ex priuatis tablinis potuerunt, quamuis publicæ Herodes inuidia Itracliticæ nobilitatis, & pudore suæ stupis exussisset. Priuati sane originis suæ custodes, & calculatores erant diligentissimi. Quod ea in re ius sacerdotii, tribus & hereditas verteretur, in domo Dauidis etiam, & familia Messias nasciturus cederetur. Erant vero principibus pariter populoque notissima. Porro Genealogia multo maior cura fuit, ambitioque post Esdræ tempora, postquam ignoratio familiæ damnosa, & contumeliosa fuit. Esdræ 2. 59. Et si quis ascendit de Telmela, & Thelharfa, Generis ob-Chelub, & Adon, & Emer. Et non potuerunt indicare seruandi domum patrum suorum, & semen suum, vtrum ex Israel studiosissimæ fuerant Israelitæ.

Alii eodem loco, cum non inuenissent literas natalicias electi sunt de Sacerdotio. Quæserunt, inquit, Scripturam Genealogia suæ, & non inueniunt. Admiranda sane diligentia, in tantis cladibus, in totius patriæ vastatione, & seruitute omnium, populum Dei ingenuitatis suæ, & generis testimonia seruasse, exegisse. Nec dubium est, quin in familia Dauidis ea vel præcipua cura existerit, tum quia regia; tum quia Messias ex se nascituri expectatione gloriabatur. Totius autem Ecclesiæ publice interest, Davidis stirpem certam esse, ne Christus incerto genere nasceretur; cum ergo perditis opibus, & libertate in Babylonem ducerentur, voluit Deus origines, familiasque accurate scribi, & post libertatem publico Ecclesiæ testimonio asseri, ne quicquam dubitationis oriretur. Hinc factum, vt quamuis initio Galilæum Pharisei esse criminarentur, postea tamen manifestissima veritatis luce confusi, ab eâ accusatione destiterint. Cum, vt supra ostendi, solo defectu natalium sufficientissime conuincere impotente Dominum licuisset. Quomodo deinde, cum omnia eximarent, non in hæc inquisuerunt? Mox à resurrectione multa turba sacerdotum obediabat Euangelio, Scripturas scrutabatur, nec dubium, quin inter omnes prima quæstio fuerit; An Christus ex familia Dauid? Docebat id census Augusti & Iulii, docebat omnes qui ex stirpe Dauidis. Ita lere hic non nec ignoracione falli, nec malitia Euangelistæ potuerunt.

potuerunt; quod Porphyrius suspicatus est. In publico enim res agebatur, ut nec ignorationi, nec malitiae locus esse poterit. Et sane docet hoc ipsum acclamationes: *Ostanna filio David*, & Matth. 9. 27. *Miserere nostri fili David*. Sic 15. 22. Marc. 10. 47. Ioan. 18. 38. Ad eo ut Ch. y. ostendimus moneat, *Lucam aliquid amplius docere vellet*. Ad dignitatem porro Messiae erat, duplici titulo ad regiam progeniem pertinere, ortus, & legis, ut qui ipse naturalis Dei Filius, nos in se adoptandos Patri offerret.

In Matthaeo
& Luca non
esse tantum
diuersa nomina.

§. 5. Cauenda multorum est indigentia, qui ut facile rem componant, binomios esse Christi progenitores affirmant, d ueris itaque vocibus eosdem homines ab Evangelistis positos. Olim apud Nazianzenum nonnulli ita senserunt, & nunc ea sententia non caret defensoribus: imprudentissime eam secutus est Melanchthon in hunc locum, quem ideo adscribam, ut exemplar errorum videat lector in illis, qui soli sola Scriptura vii se iactant. *Succesit autem, inquit, Ochozia Ioas, natus ex stirpe Nathan*. Et paulo post: *Ut non personarum, sed nominum sint discriminatum, & duplici ius fuisse nomina Philo testatur*. Primus ex posteritate Nathan rex Ioas fuit, hic Luca & Philoni Simeon dicitur. Amarias Leui dicitur, Ozias Mattha. Ioatham Ioram. Achaz Heliezer. Ezechia Iesu. Manasses Her. Aman Helmadam. Iosus Cosan. Ioachaz Addi (quamquam de hoc dubit, neg, sane probe videtur quadrare) Iehoiakim Melchi dicitur Luca, Iechonias Neri. Post hos sequuntur Salathiel & Zorobabel. Et paulo post. Post Zorobabelem nominantur à Philone Rhesa, Ioanna, Iuda, quorum & Lucas mentionem facit, quibus quomodo cum Matthaeo conveniat, ignoro. Nam dereliqui post Zorobabelem nihil compertum habeo. Opinor autem diuersis nominibus alicubi eosdem à Matthaeo recenseri, & Luca alicubi.

Itaque tam post Zorobabelem nonnullorum, quam ante eum omnium purat diuersa tantum nomina. Homines eosdem. Quamuis de posterioribus dubitat. Sed profecto suat illa falsa, penitus Scripturae contraria. Ioam non esse ex Nathane oriundum postea probabo, nunc Melanchthonis *quid dicitur* examino. Regum nomina sunt Salomon, Roboam, Abias, Asa, Iosaphat, Ioram, Ochozias, Ioas, Amarias, Ozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amon, Iosus, Ioachim, Iechonias, ita Libri Regum. Matthaeus omisit Ochoziam, Ioam, Amariam. Ex octodecim retulit quatuordecim, nam Iechonias videtur esse Ioachim. Melanchthoni Ioas est ille, qui apud Lucam, quia vero plura apud Lucam sunt, quam in Libris Regum, ipse inter Iosiam & Ioachim interponit Ioachaz, quod ipse quadrare non putat, & merito, Ioachaz enim frater fuit Ioachimi, tres menses regnavit, & captiuus ductus est in Aegyptum. nec ex eius progenie natus est Dominus. Deinde cum toties reges illi nominentur, nunquam mentio horum, quae sunt apud Lucam, nominum habetur. Nec enim apud interpretes, aut Iudeos vlla mentio. Quis vero existimet Lucam cum veller Genealogiam Domini texere, ut omnibus manifesta fieret, nomina usurpare voluisse, quae nusquam in Scriptura veteri exstabant? Vers. 9. Ezechiam vocasse Iesu, Iosiam Cosan, cum suis nominibus reges illi clarissimi essent: Nonne illa nominum valetatem potius opinio sequeretur, non esse è David natum Christum? Quod eo mirabilis videri debet, quod à Nathane usque ad Adamum progressus notis utitur nominibus, cur ergo sequentes reges è stirpe Nathan, ut ipse arbitratur, suis nominibus quibus in Scriptura noti sunt priuaret? Quod si nomina quae apud Lucam inueniuntur, nota erant è Libris Iudeorum, cur diuersitatem, & repugnantiam Evangelistis obiciunt?

Melanchthon
sciens
genealogiam
corruptam.

Lucas non
lucit uti
nominibus
ignotis.

Alterum quod in Melanchthone legitur multo est absurdus. Ignorare se de illis, qui Zorobabelem sequuntur, fatetur. Opinatur tamen diuersis nominibus eosdem alicubi à Matthaeo recenseri, alicubi à Luca. Quod fieri non potest, cum apud Lucam sint nouemdecim post Zorobabelem, apud Matthaeum vndecim, diuersi igitur fuere, nisi initio iidem aliqui, quod tamen dici non potest. Si enim primos eosdem statuamus, non erit in sequentibus expedita Genealogiae ratio. Tempus enim natiuitatis deerit.

VERSUS 8.

Ioram autem genuit Oziam.

QUESTIO I.

Cur tres Reges, Ochoziam, Ioam, Amariam, Matthaeus omisit?

§. 1. **I**udaei hinc etiam, & Athei causas blasphemiae habuerunt. Cum enim 4. Reg. 8. 24. & 11. 2. & 12. 24. & 14. 21. & 1. Paral. 3. 11. Regum illorum nomina gesta que legantur, infideles historiici aiunt, omisisse. Nec audiendi illi, qui apud Abulq. 17. errorem librarium existimant; cum omnia omnium linguarum exemplaria conueniant, & Matthaeus ipse excludat, quatuordecim generationes dumtaxat ad adferre professus. Denique cum Patres omnes, interpretesque in causa omissionis indaganda laborent, indicio est nullum ex illis aliter legisse, aut aliter legendum iudicasse. Multo vanius Wolfgangus Musculus hoc loco. Fieri potest ut factum sit per incuriam interpretis, qui à Ioram lectione delapsus sit ad Hosiam: vel certe pro Ochozia legerit Hosiam, & ab illo prolapsum sit ad Ioatham, similitudine nominum Ochozia & Hosia seductus. Hic Ozias primum quod rectum erat faciebat: postquam vero corroboratus non est in regno, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensam super altare thymiamatis, ob quam rem lepra percussus est à Domino. Nolebat enim sacerdoti Azariae dehortanti ab hoc capto acquiescere: insuper & vltionem minabatur.

Nullo modo fieri id potest, nisi magna negligentia, ut tres Reges continuos, tam diuersorum nomina, addo & factis notissimos, quamvis improbos, omitteret. Quod si tantam interpretis osecantiam semel admittere decreuimus, de noui Testamenti possessione actum est. aut minimum malum censetur, si vnum Matthaei Evangelium è canonis reiciatur, quod tamen ne faciat Illyricus, Hebraice scriptum esse negauit. Constituta igitur lectione, de causa cur illos omiserit Matthaeus inquirendum est.

§. 2. Cur omisit tres Reges causam adfert Abulensis, ut conficeret Testera decades, alias enim Heptadecadem futuram fuisse. Non tamen in numeris tantum mysticum inueniri puto, ut Genealogia Numeris eorum solum causa interumpatur, nisi a'ia causa sua causa legitima adferatur. Quamquam autem septenarius non est insacer habebatur, non tamen eiusdem estimationis corruptio est, etiam apud scrupulosissimos talium, septenariis duplicatus. Atque, ut verum fatear, qui numeros per omnia mysticos arbitrantur Pythagore quam Evangelio opiores sunt. Numeri vim ille maximam arbitrabatur; hinc duo principia *μονάδα & δεκάδα*, & duo *Pythagorae da & δεκα*, unitatem definitam, inde finitam dualitatem statuere. Ab hac malorum, ab illa bonorum initium esse. Hinc origo Manichaeorum, Gnosticorumque. Itaque si tantum mysterium in numeris erat, ut quatuordecim

In omni
me in
Regum
num
error
ling
r
p

Non est
ror in
pretis

Tam grand
error silem
derogaret
nouo Test
mento

Pythagor
da & δεκα
numeror
curio

decim